



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex  
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

**Gardiner, Stephen**

**Lovanii, 1554**

Idem Gelasius eadem causa & q.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29410**

integritate non solum in virginibus sacris, sed etiam in coniugatis fidelibus & viduis tota virgo est, vniuersæ quippe Ecclesiæ, cuius omnia mēbra illa sunt, Apostolus dicit: Aptauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille virginem coniugem sine corruptione fecitare: quem in ipsa etiā carne potuit mater sine corruptione procreare: fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito fœminarum, si nupserint nō esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores quasi adulteræ sint, non uxores: & cum volunt illas separatas reddere continentiae, faciunt maritos earum adulteros veros, cū suis vxorib⁹ viuis, alteras ducūt. Quapropter nō possum dicere quidē à proposito meliori lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse nō coiugia, sed planè nō dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouentur Deo, adulteriis esse peiores: si enim (quod nullo modo dubitadū est) ad offensionē Christi pertinet, cū mēbrū eius fidē nō seruat marito quanto grauius offenditur ipse Deus, cū illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatū, quod nō exegerat offerendū: cū enim quisq; nō reddat quod nō imperio compulsius, sed consilio commonitus伏uit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi necessitatem.

*Idem Gelasius eadem causa & q.*  
**D**E viduis sub nulla benedictione vel andis superius



rius latè sufficienterq; prædiximus. Quæ si propria volūtate professam pristini cōiugii castitatē mutabili mente calauerint, periculi earū intererit: quali Deū debeat satisfactione placare: quia iuxta Apostolū primam fidem irritam fecerunt: sicut enim si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum nubere nullatenus vetabantur: sic habita secum delibera- ratione, promissam Deo pudicitię fidem debent cu- stodire: nos autem nullum talibus laqueū debemus iniicere: sed solū adhortationes præmii sempiterni, pœnásq; proponere diuini iudicii: ut & nostra sit ab- soluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cauendum est quippe, quod de ea- rum moribus actibusq; beatus Paulus testatur, di- cens: *Quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quā admoneri videatur.*

*Item Theodorus eadem causa & q.*



I quis votū virginitatis habens etc. Quòd autem vouentes præmissis authoritati- bus iubentur ab inuicem discedere, quo- rum verò coniugia authoritatibus Aug.

& Theodori soluenda non sunt: in capitulo de ora- ordinatione tione clericorum euidenter ostenditur. Illud autem Innocentii, quo virgines sacræ publicè nubentes, illo viuente cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam: non ita intelligendum est, ut aliquo tempore excludantur à pœnitentia: quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti

S iii ad